



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 18. Hujus negotiationis successus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII. laceſſant: Denique omnibus Regni Praeſulibus injunctum, ut tranquillitatem quæ per hanc declarationem reddi intenditur, in suis diæcesibus conſervare omnesque Provinciarum Curiæ, Ju-
dices &c. hujus declarationis execu-

tionem promovere; in transgredione eorumque scripta inquirere, ea suppri-
mere, comburere, lacerare, reoſque statutis poenit castigare ſtudeant &c.

§. XVIII.

Hujus negotiationis Successus.

Quamprimum Cardinalis Tremolliſ cuncta hæc scripta receperat, con-
festim lætus ea summo Pontifici ex-
hibuit, illum his verbis allocatus:
„Sanctissime Pater: En fidei profetio-
„nem præſente Regni Regente factam,
„ab Episcopis Acceptantibus approba-
„tam, & ab omnibus tam Constituo-
„nem recipientibus, quam eidem re-
„nitentibus subscriptam: Exponunt
„nes Bullam, exhibent suam fidem
„non Opponentes, sed acceptantes
„ut sua Sanctitas eam approbet: ha-
„benevolentia Sanctitas sua a Cardi-
„nale Noaillio impetrabit sinceram Bu-
„læ acceptationem: id ipfemet ſuo clu-
„rographo, cuius fidem Regni Reges
„in manibus tenet, pollicetur &c. V.

rum ad hæc reposuit Pontifex, quod Sæc. XVIII.
circa expositorum veritatem maturius A.C. 1717.
deliberare, ac doctrinæ seu fidei ex-
plicationem ferio discutere velit: clam
vero Bentivoglio suo Nuntio datis li-
teris injunxit, ut ex Rohanio & Byf-
fio Cardinalibus expiscaretur, an trans-
missa Romam explicatio cum auto-
grapho Parisiensi ab Episcopis Acceptan-
tibus subscripto exakte correspondeat:
interim vero quatuor Cardinalibus
Pauluccio, Fäbronio, Tolomæo & Al-
bano negotium dedit, ut propositam
fidei professionem exakte ponderarent.
Hi ergo præprimis examinandum susce-
perunt, an dogmatum puritas & sacræ
Sedis honor per transmissæ professio-
nis Approbationem in tuto collocare-
tur; hoc enim firmato censebant, Pon-
tificem posse omnino aquiescere Ac-
ceptantium Episcoporum petitioni, proin-
etiam promissæ pacis certitudini. Ut
de hoc certiores essent, edoceri cu-
piebant. I. An exposita doctrina esset
fiana, & orthodoxa. II. Utrum eam re-
ipsa Acceptantes ad Papam transmife-
rint? III. An sperandum sit, quod
Noaillius ad Pontificis vota Constitu-
tionem recepturus sit: Priusquam igi-
tur de Bulla, per quam proposita doctri-
na approbaretur, suam sententiam fer-
tent, certo cognoscere voluerunt hi

Mm 2 Car-

Sæc. XVIII. Cardinales, an hæc doctrina nil, quod
A.C. 1717. offendere posset contineat, utrum Ao-
ceptantes illius approbationem efflagi-
tent, & an per hanc Pontificis mode-
rationem pax solida & constans sper-
valeat. Ad hæc reposuit Tremolius,
circa propositæ doctrinæ veritatem Po-
nificis judicium expectari, ceterorum
autem se ignarum esse, Noaillium vero
Constitutionem, quamprimum Ponti-
fex petitæ approbationis Bullam edi-
derit, absdubio acceptaturum, dann-
toque Quesneli libro, propositiones dam-
natas proscripturum: Verum his non-
dum contentus Pontifex, certior fieri
petebat, quibus denique terminis
Noaillii acceptatio conciperetur, &
utrum renitentes vel Acceptantes Epi-
scopi approbationis Bullam postularint?
Interim Tremolius importuna conten-
tione a Papa petiit, ut circa doctrinæ
summarium promptam acceptamque
daret respcionem: Pontifex vero nullo
so ad Tremolium Allamanio eide-
significavit, quod tam ipse, quam De-
putati Cardinales ac Consultores in pre-
fata doctrina propositiones censuræ ob-
noxias reperiissent, ipse autem exactius
eas discuti jusserit, nec spes abesse
illis fors ad orthodoxum sensum revi-
catis Romæ negotium absolutum in-
si Parisiis sincera pacis voluntas no-
abesset.

§. XLV